

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

---

Johann Cothmann

**Rector Universitatis Rostochiensis Johannes Cothman, S.S. Theologiae Doctor & Professor. Ad Exequias Quas ... Puero Nicolao Dobbin/ parant, Luctu pleni parentes. Omnim ordinum Cives Academicos ... invitat, in aedem cathedream Jacobaeam ad horam primam**

Rostochi[i]: Kilius, 1639

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777436078>

Druck    Freier  Zugang



Cothman, J.,  
in  
**N. Dobbin.**

Rost. 1639.

53.







Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn777436078/phys\\_0004](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777436078/phys_0004)

DFG

150.

RECTOR  
*Universitatis Rostochiensis*  
JOHANNES COTHMAN,

S. S. Theologiae Doctor &  
Professor.

*AD EXEQUIAS*


Quas

*Optima Expectationis Puer*

NICOLAO Dobbyn /  
parant,

*Luctu pleniparentes.*

Omnium ordinum Cives Academicos, ea qua par  
est humanitate invitati, in ædem cathedrali Jaco  
bæam ad horam primam.



ROSTOCHI,  
Typis NICOLAI KILI, Acad. Typogr. Anno 1639.





RECTOR  
*Universitatis Rostochiensis,*  
JOHANNES COTHMAN,  
S.S. Theologiz Doctor  
& Professor.

**S**uperioribus programmatibus sæpe dictum est, non leve irati Dei esse indicium, quod hoc tempore illi imprimis morte abripiantur, qui dicente Scriptura boni maliq; ignorant distantiam. Proindeq; peccatis proæreticis, destinata mente promanantibus, Ter sanctum Deum non offenduerunt. Postquam peccatis submersa Ninive, panolethriæ erat, certa tamen subaudita conditione destinata, pænitentiam agentib; Ninivitis inter alias placati Dei, Jona indignante, & hæc allegatur causa à Jehova, qui dicente, Patre credentium, judicat omnem terram: Ego non parcam Ninive civitati magnæ in qua sunt plus, quam ceturviginti millia hominum, qui

V 2

non

non norunt discrimen inter dextram suam & si-  
nistram suam. Quod si igitur conservatio pueru-  
lorum est adhuc indicium Dei aliquomodo pla-  
cati. Quid è contrario colligemus, dum infan-  
tulos ex vite huj ergastulo hinc discedere, quo-  
tidie, (quorum hic duodecimus est, qui durante  
hoc meo magistratu terræ per publicum progrā-  
ma commendatus) non sine magno moerore il-  
lorum, quibus ex oculis abripiuntur, videmus.  
Præterito anno ut plurimum parentib⁹ hinc di-  
scendentibus filij conservabantur. Hinc commu-  
nes ferme audiebantur querelæ de superstitionibus  
pupillis, quis illorum curam gerere, quis illis pa-  
tronari, quis illorū bona administrare debeat.  
Deus ut se illorum patrem re & opere demon-  
straret maturius, ne malitia corruptantur, illos  
ex hac vita avocat. Quamvis verò illud non si-  
ne summo parentum fiat cordolio. Juxta Cice-  
ronem enim nihil dulcius hominum generi da-  
tum, quam sui cuiq; liberi. Unde Gregorius ait;  
Quæcunq; ferventius diligimus habita : tanto  
gravius suspiramus & dolemus ablata. Ne  
ulteriori opus sit præloquio, præsentis funeris  
consideratio, quod jam dictum explanat. Amisit  
enim filium optimæ spei & exspectationis, vir &  
civis hujus urbis' primarius literisq; non leviter  
tinctus

mon.

tinclus sed planè raro exemplo imbutus, sicuti  
illiscōversatione istius antea utentibus constat,  
Dn. THOMAS Dobbin/Zytheptis egregius & Ne-  
gotiator industrius, ac Romanæ linguae scientif-  
simus. Qui nato hoc filio sibi vel maxime gra-  
tulabatur, non tantum de successore nominis.  
Stemma enim antiquum Dobbiniorum antea  
hic florentissimum & numerosum, nunc verò ad  
paucitatem aliquam redactum in hoc nato filio  
eruditiois parentis æmulo, novo quasi flore or-  
natum videbatur. Natus autem est defunctus  
noster NICOLAUS Dobbin/ 1633. pridie Festi Mi-  
chaelis, hora nona vespertina. Patre jam nomi-  
nato viro disertissimo Spectatissimo & Doctissi-  
mo Dn. THOMA Dobbin. Matre verò MARGA-  
RETA Dasen/ foemina laudatissima, virtutibus  
piam matronam decentibus conspicua. Avum  
paternum habuit virū prudentissimū ac specta-  
tissimum Dn. STEPHANUM Dobbin/Senatorem  
dum vivebat urbis hujus laudatissimum ac pri-  
marium. Avum Maternum verò virum Pru-  
dentissimum Dn. NICOLAUM Dasen/ Judicem  
hujus urbis integerimum ac Senatorem Specta-  
tissimum. At avum paternum virum prudentis-  
simum Dn. ALBERTUM Dobbin/Senatorij ordi-  
nis spectatissimi, senem venerandum & emeri-

V 3

tum

num. Abavum maternum virum prudentissi-  
mum ac integerimum Dn. NICOLAUM Volten/  
Senatorem urbishuj9 dum vivebat, laudabilem  
beneq; de civitate hac merentem. Ex Atavo Dn.  
ALBERTO Dobbini/ varij magnorum virorum  
enati sunt surculi, rebus magnis gerendis adhibi-  
ti. Abavus paternus vir strenuus Dn. NICOLAUS  
Dobbin/ qui sub Magistris Prussiæ officio ducis  
& moderatoris belli, aliquandiu functus est, verū  
Dei gratia pace ibidem restituta (utinam de tem-  
pore nostro idē dicī posset) & imperio istius pro-  
vinciæ ad Regem potentissimum poloniæ trans-  
lato, officio militari nuntium remisit, & animo  
pacatori, tunc imprimis temporis, senatoriæ di-  
gnitatis in fula exornatus fuit. Cui officio raro  
exemplo per quadraginta annos, & summa qui-  
dem cum laude præfuit. Hisce parentibus, pa-  
tre scil. Avo, proavo, Abavo &c. natus defun-  
ctus noster non potuit nō bonæ indolis pro-  
mittere specimen. Nam dicente poëta : est in  
equis patrum virtus, nec imbellem progignit  
æquilæ columbam. Et pomum non procul à  
stirpe cadit. Hinc quæ virtutes in majoribus de-  
functi nostri fulserunt, illarum semina sese in De-  
functo nostro puero NICOLAO Dobbin/ paula-  
tim exeruerunt. Parentes quoq; solliciti nihil  
quod

quod rectam educationem concertit intermisserunt. Proinde natum hunc filiolum pridie Michaelis Festi, postero statim die sacris initiari curarunt. Sciverunt enim filium ipsius esse carnem de carne, ac immundum de immundo seminatum, idcirco sacro baptismatis fonte eundem mundari voluerunt. In hoc enim sacro negotio, non obtinet illud tritum: sat cito si sat bene. Imo è contra: quòd citius èò melius. Initatus Baptismo defunctus noster pietati ac morum honestati à teneris imbutus fuit. U. q; hunc finem felicius assequerentur parentes, preceptores industrios, ipsi præfecerunt, qui sedulitate sua id effecerunt, ut non solum pietatis initia, sed & parvorum Bibliorum, id est Catechesis fundameuta bene jecerit. Quæ pietatis exercitia illi tantum profuerunt, ut in extremo constitutus agone, se ad Christum converterit in hæc erumpendo vetba: Wenn mich der Todt thue  
beschleichen / so nimb mich Herr in dein Himmelsreiche. Item: Herr Jesu Christ deine Wunden roth / vnd dein therwres Blut/in dieser Noth/komme mir zu gut. Alijsq; quæ puer imbibera dictis sacris semet ipsum, annum agens & consolatus fuit. Donec præterito die solis, postquam dilectissimæ nunc tristissimæ matri basia aliquot in:

infixerat, circa horam quartam pomeridianam  
placidè obdormierit, cum præcedente die Jovis  
ægrotare incepisset. Hujus beatæ animulæ e-  
xuvias parentes mœstissimi terræ commendare  
hodie ad horam primam constituerunt. petunt  
ergò cives Academicos ultimum filiole denato  
sepulturæ exhibeatis honorem. Id officium pa-  
rens ordini nostro addictissimus ( quod vel illi  
norunt ipsius conversatione utentes ipsiusq;  
Tullianum sermonem auribus usurpantes ) data  
occasione unicuiq; officium hos petitum exhi-  
benti refundet. Fiet autem conventus in tem-  
plo cathedrali Jacobæo ad horam primam.

P.P. Rostoch. sub sigillo Universitatis

7. Aug. Anno 1639,





Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn777436078/phys\\_0013](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777436078/phys_0013)

DFG



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn777436078/phys\\_0014](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777436078/phys_0014)

DFG






Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn777436078/phys\\_0016](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777436078/phys_0016)

DFG

quod rectam educationem co-  
runt. Proinde natum hunc  
chaēlis Festi, postero statim d-  
tarunt. Sciverunt enim fili-  
nem de carne, ac immundum  
mine natum, idcirco sacro  
eundem mundari voluerunt.  
cro negotio, non obtinet illu-  
si sat bene. Imo è contra: que  
Initiatus Baptismo defunctus  
morum honestati à teneris im-  
hunc finem felicius assequere-  
ceptores industrios, ipsi præfe-  
litate sua id effecerunt, ut non  
tia, sed & parvorum Bibliorum  
fundameuta bene jecerit. Qua-  
tia illi tantum profuerunt, ut in-  
tutus agone, sead Christum co-  
erumpendo vetha: Wenn n  
beschleichen / so nimb mich H̄er-  
reiche. Item: H̄err Jesu Ch̄ri  
roth / vnd dein thewres Blut/in  
me mir zu gut. Alijsq; quæ puer  
sacris semetipsum, annum age-  
fuit. Donec præterito die foli-  
lectissimæ nunc tristissimæ ma-



termise  
tidie Mi-  
tiari cu-  
esse car-  
ndo se-  
s fonte  
nim sa-  
sat cito  
melius.  
etati ac  
U: q;  
tes, pre-  
i sedu-  
atis ini-  
cchesis  
exerci-  
consti-  
in hæc  
ot thue  
m mel-  
unden  
/ kom-  
dictis  
olatus  
m di-  
iquot  
in: